



## **Magnum Bullarium Romanum, Seu Ejusdem Continuatio**

Quæ Supplementi loco sit, tum huicce, tum aliis quæ præcesserunt  
Editionibus, Romanæ, & Lugdunensi ...

A Clemente XI. Ad Benedictum XIII.

**Luxemburgi, MDCCXLI.**

96. In vigore della &c. Mandatum Procuratoribus Generalibus omnium  
Ordinum Regularium injunctum, ut per Encyclicam Epistolam Ministros  
Provinciales singularium Provinciarum Italiæ, Insularumque ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74859](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-74859)

1707.

Salomon, & Marcolphus Justiniano Gregoriano; hoc est, sapida, ac insipida, sana, atque insana &c. Autore 4. X. 4. Ego enim vitam meam non tam verbis aliorum, quam propriis meis factis studeo illustrare. Gala &c. Francofurti, & Dreſdæ. 1698.

*In quorum fidem manu, & Sigillo Eminentissimi, & Reverendissimi Domini Cardinalis Sancti Clementis Supradictæ Sacræ Congregationis Præfæcti Præfens Decretum signatum, & munitum fuit. Romæ in Palatio Apostolico Quirinali die 15. Maji 1714.*

Fr. Thomas Maria Ordinis Prædic. Card.  
S. Clementis Præfæctus.

Fr. Augustinus Pipia Ordinis Prædicatorum Sac. Congreg. Secr.

Die 18. Maji 1714. supradictum Decretum affixum, & publicatum fuit ad valvas Basilicæ Principis Apostolorum, Palatii S. Officii, in acie Campi Floræ, ac aliis locis solitis, & consuetis Urbis per me Josephum Batialen Apostolicum Cursorem.

Sebastianus Vafellus Magister Curl.

## EPISTOLÆ, ET DECRETA

Memorabilia Sacræ Congregationis Eminentissimorum, & Reverendissimorum DD. Cardinalium Super Disciplina Regulari Deputatorum.

*Juxtâ temporis seriem disposita.*

### EPISTOLA,

I.

Encyclica ad universos Italiæ, Insularumque adjacentium Ordinarios jussu Summi Pontificis conscripta, qua ipsis districtè injungitur, ut vitam, mores, & disciplinam Regularium in parvis Conventibus degentium diligente inquirent, inobservantes corrigant, acubi respicientiæ spes non extet, eos Sacræ Congregationis denuncient.

**P**ervenuta la notizia à Nostro Signore, che i Superiori delle Religioni fogliono per ordinario collocare di stanza ne' Conventi più piccoli, e specialmente fuori di mano, li soggetti meno osservanti delle loro Regole, e che questi, per la licenza del luogo, divenuti più liberi, in vece di edificare, distruggono la Casa del Signore, Sua Santità per la premura particolare, che altamente nutrice, che in ogni luogo si mantenga, e si accresca sempre più lo splendore delle Religioni, e si stabilisca in esse l'esatta osservanza Regolare, à tenore rispettivamente delle loro Costituzioni, si è mossa ad ordinare, che per via di questa Sagra Congregazione sopra la Disciplina Regolare s'ingunga strettamente à V. S., come si fa colla presente lettera, pech'ella, usando il suo zelo, in vigili attentamente, che Religiosi dimoranti pro tempore ne' sudetti Conventi dentro, e fuori di questa Città, e Diocesi osservino esattamente quanto devono al Signore in corrispondenza allo stato, à cui sono stati chiamati, e in virtù de' Voti da essi fatti solennemente; onde ella doverà paternamente ammonirli della mente di Sua Beatitudine, e

della stessa Sagra Congregazione, e in caso di trasgressione correggerli seriamente secondo la disposizione del Decreto: *Ut in parvis*, emanato d'ordine della santa memoria d'Innocenzo X. li 10. Febraro 1654., e quando non si scorga in essi segno alcuno di respiscenza, darne subito parte alla Sagra Congregazione, perche possa la medesima opportunamente provvedere. Si serve pertanto Ella di quel zelo, che le somministra la causa, e di quegli eccitamenti, che le detta l'onore di Dio, pregandole dal Cielo vere felicità. Roma 26. Gennaio 1607.

G. R. Card. Imperiali Præfetto.

*F. de Vico Secretarius.*

### DECRETUM.

Quo disposita, atque sancita à P. V. Commissario Generali Ordinis Minor. Obser. Reformat. S. Francisci pro Conventibus Recessus, seu Recollectionis nuncupatis confirmantur.

II.

**S**acra Congregatio super Disciplinâ Regulari, expenso tenore Epistolæ circularis V. Commissarii Generalis Min. Observantium Reformatorum Sancti Francisci datæ die 9. Januarii 1707., in qua sub num. 7., ubi de Conventibus Recessus, seu Recollectionis agitur, hæc habentur: *E in detto Convento, ò Conventi, ne quali doverò attendersi al solo spirito, divozione, & orazione, non vi potrà essere studio, ne Lettori, ò altro Religioso esente da qualunque atto commune.* Et maturè perpensis omnibus, & singulis deductis tam à dicto Vice-Commissario Generali, & Procuratore Generali Strictioris Observantiæ Sancti Francisci ex una, quàm à Patribus habitantibus in Conventibus Recessus Provinciarum Reformatarum Marchiæ, & Bononiæ Partibus ex altera, pro stabilitate Conventuum Recessus, sive Recollectionis cum peculiaribus legibus rescriptis: Executioni mandetur in omnibus Provinciis prædicta Epistola Circularis Vice Commissarii Generalis sub die nonâ Januarii 1707. Et tam Superiores Generales, quàm Provinciales omnino provideant Conventus Recollectionis; aliàs Sacra Congregatio providebit. Dat. Romæ hac die 24. Martii 1708.

J. R. Card. Imperialis Præfæctus.

*F. de Vico Secretarius.*

### MANDATUM.

Procuratoribus Generalibus omnium Ordinum Regularium injunctum, ut per Encyclicam Epistolam Ministros Provinciales singularum Provinciarum Italiæ, Insularumque adjacentium admoheant, ut per idoneum Virum regularem singulis diebus Dominicis in quolibet Conventu Profæctis Laicis, ac præfertim quaestuatoribus Doctrinam Christianam, Cathedismum Romanum, & aliquod Regulæ punctum explicari curent.

III.

**I**N vigore della presente s'incarica seriamente al Padre Procuratore Generale &c. di scrivere una Lettera circolare à tutti li Provinciale delle Provincie d'Italie, ed Isole adjacenti, con

1709.

ordinar loro in coerenza della mente espressa della Sagra Congregazione sopra la Disciplina Regolare, che in ciaschedun Convento della medesima si spieghi ogni Domenica da un Padre, che dai Superiori Locali rispettivamente sarà giudicato à proposito, la Dottrina Christiana, Catechismo Romano, e qualche punto di Regola ai Religiosi professi nello stato Laicale, e particolarmente ai Questuanti, con premere fervorosamente intorno à tutto ciò, che riguarda i doveri, & oblighi precisi, e proprii della Vita Religiosa, che professano. Si farà intanto attendendo di sentire in scriptis da V. P., che così si eseguirà speditamente senz' altro &c. di Casa 13. Novembre 1709.

F. de Vico Secretario.

## D E C R E T U M.

IV.

De instituendis in unaquaque Provincia strictioris Observantiae Sancti Francisci Conventibus spiritualis recessus pro Religiosis ferventioribus ad praescriptum Epistolae Circularis P. à Monte Bufi Vice-Commissarii, alias à Sacra Congregatione confirmatae.

Cum ad aures Sacrae Congregationis super Disciplinam Regulari pervenerit, & multiplici fide dignorum testimonio fuerit comprobatum, in multis Provinciis strictioris Observantiae S. Francisci per Italiam, & Insulas adjacentes, Epistolam Circularem Vice Commissarii Generalis à Monte Bufi, datam 9. Januarii 1707. & ab hac Sacra Congregatione confirmatam 24. Martii 1708. plenum non fortiri effectum quoad demandatos spirituales Recessus: Volens propterea Sacra Congregatio, ne talis inobservantia in Regularis Disciplinae detrimentum diutius protrahatur, opportunè & efficaciter providere, re maturè discussa, auditisque pluries tum voce, tum scripto, Superioribus Ordinis, referente Eminentissimo Fabrono rescripsit: Pro omnimodà observantia praefatae Epistolae Circularis Vice-Commissarii Generalis à Monte Bufi confirmatae, ut supra, à Sacra Congregatione, de instituendis in unaquaque Provincia supradictis Conventibus spiritualis Recessus pro Religiosis ferventioribus, & non concedatur licentia admittendi ad habitum, & professionem, nisi in Provinciis, in quibus Sacrae Congregationi constituerit, praefatos Conventus re ipsa institutos esse ac sedulo, & cum effectu à Superioribus promoveri, Et interim detur à Superioribus Generalibus notula, ubi sint respectivè instituti dicti Conventus. Romae 10. Decembris 1714.

J. R. Card. Imperialis Praefectus.

F. de Vico Secretarius.

## D E C R E T U M.

V.

Consimile praecedenti pro Minoribus Observantibus S. Francisci.

Cum ad aures Sacrae Congregationis super Disciplinam Regulari pervenerit, & multiplici fide dignorum testimonio fuerit comprobatum in multis Provinciis Minorum de Observantia Sancti Francisci per Italiam, & Insulas adjacentes, Breve fa. me. Innocentii XI., quod incipit: *Militantis Ecclesiae* &c. editum die 22. Novem.

Bullarium Romanum Continuatio Pars II,

1714.

bris 1679. plenum non fortiri effectum quoad demandatos Recollectionum Conventus: Volens propterea eadem Sacra Congregatio, ne talis in observantia in Regularis Disciplinae detrimentum diutius protrahatur, opportunè & efficaciter providere, re maturè discussa, auditisque pluries tum voce, tum scriptis Superioribus Ordinis, referente Eminentissimo Fabrono, censuit: Superfederali pro nunc in expeditione novi Brevis; sed omninò servandam esse dispositionem Brevis fannem. Innocentii XI. 22. Novembris 1679. de non concedenda licentia admittendi ad habitum, & ad professionem in illis Provinciis, in quibus plene non confliterit Sacrae Congregationi supradictos Recollectionum Conventus institutos fuisse juxta formam in eodem Brevis praescriptam. Et interim detur à Superioribus Generalibus nota, ubi respectivè sunt Recollectionum Conventus. Romae 10. Decembris 1714.

J. R. Card. Imperialis Praefectus.

F. de Vico Secretarius.

## D E C R E T U M.

VI.

Quo Officium prioratus Conventus S. Marcelli de Urbe Ordinis Servorum B. M. V. declaratur incompatible cum Curâ animarum ejusdem Ecclesiae, ac praeterea statuitur, ut praedicta duo munia, tamquam incompatibilia, in omnibus Conventibus cujuscumque Ordinis, Societatis, & instituti seorsim, distinctisque personis demandentur.

Maturè discussa in Sacra Congregatione super Disciplina Regulari habitâ sub die 28. Maji currentis anni 1715. Causâ Incompatibilitatis Prioratus Conventus Sancti Marcelli de Urbe Ordinis Servorum B. M. V., & Curâ Animarum ejusdem Ecclesiae, unitim in persona Patris Hieronymi Allegri, Eminentissimi Patris, auditis Partibus, unanimiter censuerunt, praedicta duo munia esse inter se incompatibilia, & insuper nominationem praefati Patris Allegri in Priorem dicti Conventus esse nullam: Mandantes insimul, Sanctissimo Domino Nostro approbante, ut enunciata duo Officia seorsim provideantur in omnibus, & singulis Conventibus cujuscumque Ordinis, Societatis, aut instituti, quibus Cura Animarum incumbit; aut incumbere contigerit. Et ita perpetuò, & inviolabiliter observetur sub poenis arbitrio ejusdem Sacrae Congregationis.

J. R. Card. Imperialis Praefectus.

F. de Vico Secretarius.

## D E C R E T U M.

VII.

Praescribens modum, quo Laici, seu conversi in Religione Minorum Conventualium Sancti Francisci recipi, ac admitti debeant.

Cum ex parte Ministrorum Provincialium Provinciae Italiae Ordinis Minorum S. Francisci Conventualium humillima preces exhibitae fuerint Sacra Congregationi super Disciplina Regularium, quatenus eadem Sacra Congregatio omni meliori modo, speciali suo Decreto validare, roborare, ac confirmare dignaretur determinationem quandam per